



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

D. Eckivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

COLLATIO LIII.

ritu intercessionis per uniuersalem Christianā ecclesiam, hoc ego intactū sino, gratiosorū namq; dñorū meorū mandatū sonat scripturas scrutandas, si post hāc uitam sit purgatorium. Quod aut̄ aliqui dicunt Pontificē Maximū hoc adinuenisse, hos sic loquentes respondere permitto. Ad quas uero abusiones purgatorio fuerint usi in plariscq; peccatoribus bene claret, qui in uita male agētes purgatorio, fidunt atq; consolant̄. Dicit̄ illud oleū concernens fatuarū & prudentū uirginū, secundū literā & spiritū omni legenti clarum est. Dñs meus D. Eckius me inducit quasi tristari prohibuerim pro mortuis seu dormiētibus apud mea adducta uerba permaneo. Nos uero Christiani qui dicimus Pater noster qui es in cœlis, quo usq; quotidie oramus, fiat uolūtas tua, quādo nostri ab hoc seculo auocantur, non debemus ut gentes tristari. Nam sicut Christus resurgens primitiā dormientiū resurrexit, dedit nobis deus uictoriā mortis per Christum. Ex quibus omnibus doctoris mei inductis uerbis post hanc uitā purgatoriū esse, non clare ostensum est, ibi aut̄ tristari non est prohibitū, quū & Dauid ipse pro suo filio Absolone tristatus est.

D. ECKIUS.

Non necessarios sermones demitto. Iuxta tenorem protestationis meæ, unicū dumtaxat dictū cōtra purgatoriū adfert secundū Zwinglianā conditionē Luca xvi. At uero note quam sapienter hoc animo tractatū sit, quum enim in similitudine duo dumtaxat loca, infernus & Abraham finis inducuntur. Consequit̄ ex eo iuxta eorū formosam logicam nullū esse purgatoriū, quia eius ibi nulla fit mentio. Nunquid hi sunt scripturarū gigantes, neq; cœlum esse oporteret quippe quod in ea parabola de cœlo, ibi nulla fit mentio. Ultra dicit me debere scripturas p purgatorio adportare, duas adduxi, ad quas nec uerbo quidem responsum est. De mortali peccato breuiter ut parrochus uideat se nō intelligere. Dico etiam probum hominē in omni bono quotidiano opere quotidie peccare

## CONCLUSIO QVINTA.

peccare posse, quemadmodum, Bernhardus enumerat. Ipse quotidianū peccatū leue quid aestimat, quasi de illis nō esset reddēda ratio. Aliter nos docuit dñs Ihesus Matt. xij. Quod de omī etiam uerbo otioso rationem sumus reddituri, adhuc illud quotidianū peccatū est ex genere. Curiosum tamen est audire dominū meum parrochum purgatorio tribuere abusum, quippe quod propter illud homines licentius peccent. Dilecti dñi, uos ipsos per nasum trahite, quis plus peccandi præstat occasionem. Hī qui dicunt tempore mortis hominē per fidem & fidutiam in Christum liberari a peccatis, & ab ea hora ad cælum pergere ut docet pars aduersa, aut qui in pœnitentia ita moritur ut illi dicatur, quod pro peccatis præteritis in purgatorio satis pati debeat, ut dicit sancta ecclesia. Manifestum est hunc plus ad peccandū in uita occasionem præstare qui nullam pœnam ad hoc ponit, quam in fine fidem & contritionem illo qui magnam futurā pœnam ponit. Ideoq; & uos purgatorij oppugnatores, in ecclesia nullam adfertis utilitatem sicut proponitis, quum pœnam peccatorum nominatim in purgatorio leuatis. Ideoq; dilecte domine parroche dona dei uobis gratiose concessa recognoscite, illis contra ecclesiam catholicam non utendo. Humiliate uos credendo tot iam doctos uiros ab annis circiter mille quingētis scripturas melius uobis intellexisse. Quūmq; sic ad ecclesiam diuertetis apud uestros subditos, prout tenemini, multa bona effitietis, & uitam æternam promerebitis, Fiat.

### PARROCHVS S. GALLI.

Protestor quod in meis inductis sermonibus nihil pertinaciter optem tenere contra dei uerbū, & Christianū intellectū scripturarū, sed ut obediens in omī tpe ueritati non reluctabor.

### D. ECKIVS.

Ipse & si hoc ore loquat, hodiernas & præteritas scripturas cōtestor re ipsa & opibus suæ uerbalī præstationi contrauenit.

Wolfgangus